



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Breuiarius Moguntiu[m]**

**[Straßburg], [ca. 1500]**

L[e]c[ti]o vi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

cati sunt qui quanti sunt a nobis  
comprehendi non possunt. Sed quis  
quis ad hanc pervenit dignitatem  
ut amicus vocetur dei sese in se  
aspiciat. Dona autem que preceperit  
super semetipsum suis meritis tribuat  
at ne ad inimicitias erumpat.

**Tu autem domine nostri mi.**  
**Unde et subdit Lectio quinta**

**N**on vos me elegistis sed ego  
elegi vos et posui vos ut eatis  
et fructum afferatis. Posui ad  
gratiam plantavi ut eatis volendo  
fructum afferatis operando.

Estis volendo dicitur: quod velle  
aliquid facere iam merito ire est.

Qualis vero fructum afferre de  
beat subditur. Et fructus vestester  
maneat. Dicitur quod secundum presens  
secundum laboramus vix usque  
ad mortem sufficit. Dicitur namque  
interueniens fructus nostri laboris  
abscindit. Quod vero pro eterna  
vita agitur etiam post mortem seruat  
et tunc apparere incipit cum  
laborum carnalium fructus ceperint  
non videri. Ibi ergo illa retributio  
inchoatur ubi ista terminatur.

**Quisquis Lectio vi.** **miat**

**I**gitur iam eterna cognouit apud  
eius animam temporales fructus vile  
sunt. Tales fructus operemur  
quod cum mors cuncta interimat ipse  
si exordium a morte sumat. Nam  
quod a morte incipiat fructus dicitur  
testatur propheta qui dicit. Tu dederit  
dilectis suis somnum hec est hereditas  
domini. Omnis qui

dormit in morte perdit hereditatem  
sed cum dederit dilectis suis  
somnia hec est hereditas dei.  
Quia electi dei postquam pervenerint  
ad mortem tunc inveniunt hereditatem.  
**Tu autem domine nostri mi.**  
**Secundum mattheum.**

**I**n illo tempore: Dixit sibi  
mon petrus ad iesum.

**E**cce nos reliquimus omnia  
et secuti sumus te: quid ergo erit  
nobis. Et reliqua. **Interpretatio  
huius hieronimi presbiteri. B. cap. l.**

**I**n superiori loco huius euangelii  
ce lectoris quam audistis: dominus et  
saluator noster diuitias mundi diligit  
gates difficile regnum celorum  
posse intrare docebat: ideo petrus  
fiducialiter respondit dicens. Ecce nos  
reliquimus omnia et secuti sumus te:  
quid ergo erit nobis. Grandis fiducia.  
Petrus piscator erat: diuites non fuerat:  
cibos manu et arte querebat: et tamen  
loquitur confidenter: reliquimus omnia.  
Et quia non sufficit tantum relinquere  
iungit quod persectum est. Et secuti  
sumus te. Fecimus quod iussisti: quid  
ergo dabis nobis premium. Iesus autem  
dixit illis: Amen dico vobis quod vos  
qui secuti estis me in regeneratione cum  
sederit filius hominis in sede maiestatis  
sue sedebitis super sedes duodecim  
iudicantes duodecim tribus israel. Tu autem  
hic

